6. Epistolar

Brief von August Hermann Francke an Matthias Bél.

Francke, August Hermann

Halle (Saale), 07.01.1712

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-14048

Ep. Ima

ad Dr. Bel, Rect. Neosolii.

44

Vir Honoratissime,
Amice ac Frater in Domino
perdilecte,

Dum in patriam reuertitur Dominus Apostoli, idque subito mihi nunciat, memini litterarum, quas superiori anno vna cum dono pro orphanotropheo ad me misisti. Dissimulare autem nequeo, nisi velim tantillum temporis, quod scriptioni huic relinquitur, quaerendo illi epistolae Tuae impendere, cogi me ad hasce ita ad Te scribendas, vt ad ea duntaxat respondeam, quorum post tantum temporis spatium mihi superest memoria. Ante omnia gratias Tibi ago pro illa Tua erga orphanos liberalitate, enixeque DEum rogo, vt remuneratione Te impertiat largissima. Quod Biblia attinet Hungarica, quorum edendorum curam a nobis voluisti suscipi, speramus quidem fore, vt non tantum huic Tuo, sed etiam aliis alio-

a.

aliorum similibus desideriis aliquando
satisfaciamus. Verum ut nunc sunt
res nostræ, non ausim sane rem tan-
ti momenti Tibi polliceri, aut brevi
eam præstandi spem facere. Utinam
defuncti essemus labore, qui consilio
Cansteiniano, cujus exemplar mitto,
exsequendo impendendoque est. Facile con-
jicies, in eo satis nunc esse nobis nego-
tii. Hoc confecto, ad alia, Duce Deo,
festinabimus. Opportune lator harum
se mihi offert ad libellos aliquot ex-
iguos ad Te ~~transmittendos~~ perferendos. Cæterum
quid rerum hic agatur, et quæ incre-
menta ceperint instituta nostra, hic
ipse Tibi rectius narrabit, quam id
a me brevibus litteris exponi Tibi
posset. Vale.

dab. Halæ. d. 7.
Jan. 1712.

Aug. Her-
mann. Franckius